

7749 tabula aenea alta 37 $\frac{1}{2}$ centim., larga 47 $\frac{1}{2}$ centim. 'Tabula aenea venerandae vetustatis effossa in valle Porciferae ad iugi radices an. sal. 'M. D. VII mense Febr. Patres cois decreto publico posuerunt'. Haec, dum tabula in aedibus patrum communis servabatur, ipsi legentur subscripta. Contra a. 1506 ad fluvium Seccam ad sextam a Genua lapidem in valle Polceverana in vico Isosecco [vicus is hodie dictus Isola medius est inter Pedemonte et Pernezzo partes utramque communis Serra] tabulam a Pedemontano quodam rustico Augustino repertam esse, venditam mox fabro ferrario alicui Genuati, deinde in templo S. Laurentii iuxta sacellum S. Iohannis Baptistae affixam esse narrat testis aequalis GIUSTINIANI. Ipsum de ea re ordinis Genuatum decretum, quod edidit Sanguinetius p. 363, subieci, ut ex actis publicis (*archivio governativo* diversorum a. 1507 cod. X. 1108) mea causa descripsit Belgrano Genuas: 'Commissio de reponenda tabula enea mirande antiquitatis. 1507, die Martis 28 Decembris. Illustris et excelsus dominus Rudolphus de Lannoy balyvus Ambianensis, Regius Ianuensium Gubernator, et Magnificum Consilium Dominorum Antianorum Communis in pleno numero congregatum: Scientes superiori anno in finibus nostris haud procul radicibus iugi montis, quod vallem Porciferam claudit, dum effoderet montanus quidam agellum suum, invenisse illam tabulam eneam que antiquissimis Romanis litteris fines circonectos longe lateque disterneret; et facti certiores a doctissimis viris eam tabulam a denominatione consulum qui in ea descripti sunt antiquitate sua superare omnia ferme monumenta Romana que usque atque etiam Rome cernantur; eaque ratione de publico eam a montano illo emptam et in publicum redactam fuisse. Propterea cupientes ut in admirationem venerandae vetustatis posteris preservetur, et ne in privatis edibus tam inelytum monumentum delitescat, rubigini et oblivioni obnoxium, palamque fiat a vetustate huius celeberrimi inventi inter orbis antiquissimas urbes Genuam annumerari posse: Et audissent hodie egregium Benedictum de Portu cancellarium, apud quem decreto Senatus tabula ipsa hactenus stetit, suadentem ut proferatur in publicum et aliquo loco celebri proponatur. Commiserunt Spectatis Patribus Communis ut ipsi ex sua pecunia tabulam ipsam quantum fieri possit exornent, ut quod facile et commodissime etiam minus ea scripta legi possint; atque inde in

Q . M . MINVCIEIS Q F . RVF EIS . DE . CONTROVORSIEIS INTE
 GENVATEIS . ET . VEITVRIOS . IN RE . PRAESENTE . COGNOVERVNT . ET . CORAM . INTER . EOS . CONTROVOSIAS . COMPOSEIVERVNT |R
 ET . QVA . LEGE . AGRVM . POSSIDERENT . ET . QVA . FINEIS . FIERENT . DIXSERVNT . EOS . FINEIS . FACERE . TERMINOSQVE . STATVI . IVSERVNT
 VBEI . EA . FACTA . ESSENT . ROMAM . CORAM . VENIRE . IOVSERVNT . ROMAE . CORAM . SENTENTIAM . EX . SENATI . CONSVLTO . DIXERVNT . EIDIB
 5 DECEMB L . CAECILIO . Q . F . Q . MVVCIO . Q . F . COS . QVA . AGER . PRIVATVS . CASTELI . VITVRIORVM . EST . QVEM . AGRVM . EOS . VENDERE . HEREDEMQVE
 SEQVI . LICET . IS . AGER . VECTIGAL . NEI . SIET LANGATIVM . FINEIS . AGRI . PRIVATI . AB RIVO . INFIMO . QVI ORITVR . AB FONTEI . IN . MANNICELO . AD . FLOVIVM a. u. c. 637
 EDEM . IBI . TERMINVS . STAT . INDE . FLOVIO . SVSO . VORSVM . IN . FLOVIVM . LEMVRIM . INDE . FLOVIO . LEMVRI . SVSVM . VSQVE . AD . RIVOM . COMBERANE
 INDE . RIVO . COMBERANEA . SVSVM . VSQVE . AD . COMVALEM . CAEPTIEMAM . IBI . TERMINA . DVO . STANT . CIRCVM . VIAM . POSTVMIAM . EX . EIS . TERMINIS . RECTA
 REGIONE . INRIVO . VENDVPALE . EX . RIVO . VINDVPALE . INFLOVIVM . NEVIASCAM . INDE . DORSVM . FLVIO . NEVIASCA . IN . FLOVIVM . PROCOBERAM . INDE
 10 FLOVIO . PROCOBERAM . DEORSVM . VSQVE . AD . RIVOM . VINELASCAM . INFVMVM . IBEI . TERMINVS . STAT . INDE . SVRSVM . RIVO . RECTO . VINELESCA
 IBEI . TERMINVS . STAT . PROPTER . VIAM . POSTVMIAM . INDE . ALTER . TRANS . VIAM . POSTVMIAM . TERMINVS . STAT . EX . EO . TERMINO . QVEI . STAT
 TRANS . VIAM . POSTVMIAM . RECTA . REGIONE . INFONTEM . IN . MANICELVM . INDE . DEORSVM . RIVO . QVEI . ORITVR . AB . FONTE . ENMANICELO
 AD . TERMINVM . QVEI . STAT . ADFLOVIVM . EDEM . AGRI . POPLICI . QVOD . LANGENSES . POSIDENT . HISCE . FINIS . VIDENTVR . ESSE . VBI . COMFLVO
 EDVS . ET . PROCOBERA . IBEI . TERMINVS . STAT . INDE . EDE . FLOVIO . SVRSVORSVM . IN . MONTEM . LEMVRINO . INFVMO . IBEI . TERMINVS |NT
 15 STAT . INDE . SVRSVMVORSVM . IVGO . RECTO . MONTE . LEMVRINO . IBEI . TERMINVS . STAT . INDE . SVSVM . IVGO . RECTO . LEMVRINO . IBI . TERMINVS
 STAT . IN . MONTE . PRO . CAVO . INDE . SVRSVM . IVGO . RECTO . INMONTEM . LEMVRINVM . SVMMVM . IBI . TERMINVS . STAT . INDE . SVRSVM . IVGO
 RECTO . INCASTELVM . QVEI . VOCITATVST . ALIANVS . IBEI . TERMINVS . STAT . INDE . SVRSVM . IVGO . RECTO . IN . MONTEM . IOVENTIONEM . IBI . TERMINV
 STAT . INDE . SVRSVM . IVGO . RECTO . IN . MONTEM . APENINVM . QVEI . VOCATVR . BOPLO . IBEI . TERMINVS . STAT . INDE . APENINVM . IVGO . RECTO |S
 IN . MONTEM . TVLEDONEM . IBEI . TERMINVS . STAT . INDE . DEORSVM . IVGO . RECTO . INFLOVIVM . VERAGLASCAM . IN . MONTEM . BERIGIEMAM
 20 INFVMO . IBI . TERMINVS . STAT . INDE . SVRSVM . IVGO . RECTO . IN . MONTEM . PRENICVM . IBI . TERMINVS . STAT . INDE . DORSVM . IVGO . RECTO . IN
 FLOVIVM . TVLELASCAM . IBI . TERMINVS . STAT . INDE . SVRSVM . IVGO . RECTO . BLVSTIEMELO . IN . MONTEM . CLAXELVM . IBI . TERMINVS . STAT . INDE
 DEORSVM . INFONTEM . LEBRIEMELVM . IBI . TERMINVS . STAT . INDE . RECTO . RIVO . ENISECA . INFLOVIVM . PORCOBERAM . IBI . TERMINVS . STAT
 INDE . DEORSVM . IN . FLOVIOM . PORCOBERAM . VBEI . CONFLOVONT . FLOVI . EDVS . ET . PORCOBERA . IBI . TERMINVS . STAT QVEM . AGRVM . POPLICVM
 25 VEITVRIS . INPOPLICVM . GENVAM . DENT . IN . ANOS . SINGVLOS . $\frac{1}{4}$ C . N . CCCC . SEI . LANGENSES . EAM . PEQVNIAM . NON . DABVNT . NEQVE . SATIS
 FACIENT . ARBITRATVV . GENVATIVM . QVOD . PERGENVENSES . MO / A . NON . FIAT . QVO . SETIVS . EAM . PEQVNIAM . ACIPIANT . TVM . QVOD . IN . EO . AGRO
 NATVM . ERIT . FRVMENTI . PARTEM . VICENSVMAM . VINI . PARTEM . SEXTAM . LANGENSES . IN . POPLICVM . GENVAM . DARE . DEBENTO
 IN . ANOS . SINGVLOS . QVEI . INTRA . EOS . FINEIS . AGRVM . POSEDET . GENVAS . AVT . VITVRIVS . QVEI . EORVM . POSEDEIT . K . SEXTIL . L . CAICILIO
 Q . MVVCIO . COS . EOS . ITA . POSIDERE . COLEREQVE . LICEAT . EVS . QVEI . POSIDEBVNT . VECTIGAL . LANGENSIBVS . PRO . PORTIONE . DENT . ITA . VTI . CETERI
 30 LANGENSES . QVI . EORVM . IN . EO . AGRO . AGRVM . POSIDEBVNT . FRVENTVRQVE . PRAETER . EA . IN . EO . AGRO . NI . QVIS . POSIDETO . NISI . DE . MAIORE . PARTE
 LANGENSIVM . VEITVRIORVM . SENTENTIA . DVM . NE . ALIVM . INTRO . MITAT . NISI . GENVATEM . AVT . VEITVRIVM . COLENDI . CAUSA . QVEI . EORVM
 DE . MAIORE . PARTE . LANGENSIVM . VEITVRIVM . SENTENTIA . ITA . NON . PAREBIT . IS . EVM . AGRVM . NEI . HABETO . NIVE . FRVIMINO . QVEI
 AGER . COMPASCVOS . ERIT . IN . EO . AGRO QVO . MINVS . PECVS / ASCERE . GENVATES . VEITVRIOSQVE . LICEAT . ITA . VTEI . INCETERO . AGRO
 GENVATI . COMPASCVO . NIQVIS . PROHIBETO . NIVE . QVIS . VIM . FACITO . NEIVE . PROHIBETO . QVO . MINVS . EX . EO . AGRO . LIGNA . MATERIAMQ
 35 SVMANT . VTANTVRQVE . VECTIGAL . ANNI . PRIMI . K . IANVARIS . SECVNDIS . VETVRIS . LANGENSES . INPOPLICVM . GENVAM . DARE |VE
 DEBENTO . QVOD . ANTE . K . IANVAR . PRIMAS . LANGENSES . FRVCTI . SVNT . ERVNTQVE . VECTIGAL . INVITEI . DARE . NEI . DEBENTO
 PRATA . QVAE . FVERVNT . PROXVMA . FAENISICEI . L . CAECILIO Q . MVVCIO . COS . IN . AGRO . POPLICO . QVEM . VITVRIS . LANGEN
 POSIDENT . ET . QVEM . ODIATES . ET . QVEM . DECTVNINES . ET . QVEM . CAVATVRINEIS . ET . QVEM . MENTOVINES . POSIDENT . EA . PRATA |SES
 INVITIS . LANGENSIBVS . ET . ODIATIBVS . ET . DECTVNINEBVS . ET . CAVATVRINES . ET . MENTOVINES . QVEM . QVISQVE . EORVM . AGRVM
 40 POSIDEBIT . INVITEIS . EIS . NIQVIS . SICET . NIVE . PASCAT . NIVE . FRVATVR . SEI . LANGVESES . AVT . ODIATES . AVT . DECTVNINES . AVT . CAVATVRINES
 AVT . MENTOVINES . MALENT . IN . EO . AGRO . ALIA . PRATA . INMITTERE . DEFENDERE . SICARE . ID . VTI . FACERE . LICEAT . DVM . NE . AMPLIOREM
 MODVM . PRATORVM . HABEANT . QVAM . PROXVMA . AESTATE . HABERVNT . FRVCTIQVE . SVNT . VITVRIS . QVEI . CONTROVORSIAS
 GENVENSIVM . OB . INIOVRIAS . IVDICATI . AVT . DAMNATI . SVNT . SEI . QVIS . INVINCVEIS . OB . EAS . RES . EST . EOS . OMNEIS
 SOLVEI . MITTEI . LEIBERIQVE . GENVENSES . VIDETVR . OPORTERE . ANTE . EIDVS . SEXTILIS . PRIMAS . SEIQVOI . DE . EA . RE
 45 INIQVOM . VIDEBITVR . ESSE . AD . NOS . ADEANT . PRIMO . QVOQVE . DIE . ET . AB . OMNIBVS . CONTROVERSIS . ET . HONO . PVBL . LI
 LEG . MOCO . METICANIO . METICONI . F . PLAVCVS . PELIANI . PELIONI . F